



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Quomodo Christus in medio ecclesiae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

Vocatur
multipha-
riam.

minus Deus, qui de nube tonat inquit Sedulius, suos in ecclesia uarijs medijs & modis: per praedicationes: per beneficij largitionem, per inspirationes, per flagella, &c. de quibus omnibus in prouerborum libro cap. 1. Dominus Vocauit, inquit, & renuistis: extendi manum meam & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne cōsiliū meum, & increpationes meas neglexistis, &c. Et Hierem. 7. Misit ad eos omnes seruos meos, prophetas per diem, consurgens diluculo, & mit-tens. Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam, sed indurauerunt ceruicem suam, & peius operati sunt, quā patres eorum, &c. Sed quae nam causa tantae induratiōis? parabola Euāgelica, Luc. 14. Gordij nodum soluit. Et alio in loco idem dominus dissoluit, Hosea 15. Perditio tua ex te Israel. Quid ultra debuit facere & γέντρος ille saluator: Et Thamim. i. perfectus, quod non fecit? Esai. 5. Audi ergo dominum, crede, charitatem exerce, spera in eo sperantes in domino misericordia circundabit, &c.

Hoc est,
angelus te-
stamenti,
Malach, 3.

Quomodo Maleach Ha Berith,
Christus, sit in medio ecclesiae.

Dixit

Dixit Gamaliel Iudæis, acto. 5. Si ex hominibus cōsiliū hoc aut opus, dissoluetur: si uerò ex Deo est, non poteritis dissoluere illud, ne forte & Deo repugnare uideamini: Est ergo Christus (lux uera, ex cuius lumine illuminata ecclesia, inquit Orig. in 1. cap. Gen.) in medio sanctæ ecclesiæ eam defendens, sicut tēda seu lampas ad illuminandum, dicente Hiob cap. 12. deridetur iusti simplicitas, lampas contempta. Et Hesaias cap. 62, propter Sion non tacebo, inquit dominus, & propter Hierusalem non quiescam, donec egredietur sicut splendor ecclesiæ, iustus, & saluator eius ut lampas accendatur, &c. Est ergo dominus in medio ecclesiæ, quem admodum presbyter in medio templi ad erudiendum, Eccles. 15. In medio ecclesiæ aperui os eius & impleuit eum dominus spiritu sapientiæ. Et sicut cor in medio corporis. Sic unicus omnium charismaton author daduchos Christus, est cor totius ecclesiæ, fons, scilicet caloris à quo distinguitur calor uitalis in membris, unde in prouerbiorum libro cap. 4. inquit dominus. Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso uita procedit. Sic fuit in medio latronum in cruce. Sic in medio suorum discipulorum, instruens modum & meditationis & orationis:

Sic

Sic in medio Doctorum, modū præscripsit, præ-
dicationis, disputationis, locutiōis, sermonis, &c.

Tria hominum genera in ecclesia.

Dixit Moyses populo Israhelitico. Vos sta-
tis hodie cūcti coram domino Deo uestro,
principes uestri & tribus ac maiores na-
tu atq; doctores: Omnisq; populus Israël, liberi
& uxores uestre & aduenæ qui tecum moran-
tur in castris: Ex quibus emergit triplicē esse or-
dinem hominum in domo Dei, ecclesia.

Intellectus iactatissimæ sententiæ.

**TV SVPPLEX ORA, TV
PROTEGE, TV QVE LA-
BORA.**

Svpremus locus clericorum est (ἀ κληρῶς, la-
stine sors uel hereditas, sunt enim de sorte
domini, & partem domini habent.) Horum
est illuminare ecclesiam, Psalm. 118. Reuela o-
culos meas & considerabo mirabilia de lege tua.
Hos alloquitur Dominus philaletes & philade-
phus